

# Monus

ctas corpori sensum æquorum retinere tradunt: semperq; æstu maris recedente inhorrescere. Præterea dextra pennæ uim soporiferam inesse somnosq; allicere subditam capiti.

De piscibus pilo carentibus: & quomodo pariant: & quot eorum genera. Cap. xiiii.

Ilo carècium oino duo aial pariūt: delphius ac uipera. Piscium spēs sunt: lxxiiii. p̄ter crustis intecta quæ sunt. xxx. De singulis alias dicemus. Nunc. n. naturæ tractatur insignium.

De nominibus & naturis multorum piscium. Cap. xv

Ræcipua magnitudine thynni. Inuenimus talēta. xv. pependisse. Eiusdē caudæ latitudinē duo cubita & palmū. Sunt & in quibusdā annibus haud minores. Sylurus in nilo: esos in rhenō: attilus in pado inertia pinguescens ad mille aliquando libras cathenato captus ha-

mo: nec nisi boum iugis extractus. Atqui hunc minimus appellatus clupea uenam quandā eius ī faucibus mira cupidine appetens morsu exanimat. Sylurus grassatus ubicunq; est omne animal appetens: equos innatantes sæpe demerges: præcipue in meno germaniæ amne propter lisbooum. Et ī danubio mari extrahitur porculo marino simillimus. Et in boristhene memoratur: præcipua magnitudo nullis osibus spinisue inter sitis: carne prædulci. In gangæ indiae platanistas uocant rostro delphini & cauda magnitudine autem. xv. cubitorum. In eodem esse Statius Sebosus haud modico miraculo affert uermes branchiis binis. lx. cubitorq; ceruleos: qui nomen faciæ traxerunt. His tantas esse uires: ut elephantos ad portum uenientes mordicus comprehensa manu eorum abstrahant. Thynni mares sub uentre nō habent pinnā. Intrannt magno mari pontū uerno tempore gregatim: nec alibi fetificant. Cordilla appellat partus qui foetas redeūtes in mare autūno comitat. Limosæ uero a luto pelamides incipiunt uocari: & cū annuū excessere tempus thynni hi membratim cæsi ceruice & abdomine commendantur: atq; Clidio recenti duntaxat: & tū quoq; graui ructu: cætera parte plenis pulpamentis sale afferuantur. Melandria uocat cæsis quernis assulis similima. Vilissima ex his quæ caudæ proxima quæ pingui carent: probatissima ea quæ faucibus. At in alio pisce circa caudam exercitatissima. Pelamides in apolectos particulatimq; confectæ in genera cybiog; dispartiantur. Piscium genus omne præcipue celeritate adolescit: maxime in ponto. Cautula multitudo annuum dulces inferentiū aquas: amiam uocat: cuius incrementum singulis diebus intelligitur. Cum thynnis hæc & pelamides in puntū ad dulciora pabula intrant gregatim cum suis quæq; ducibus & primi omnium scombrī. Quibus & in aquis sulphureus color extra qui cæteris. Hispaniæ cætaris hi replent thynnis non commeantibus. Sed in pontum nulla intrat bestia piscibus malefica: præter uitulos & paruos delphinos. Thynni dextera ripa intrant: exeunt leua. Id accidere existimatur quia dextro oculo plus cernunt utroq; hebetere natura. Est in euripo thracii bosphori: quo propōtis euxino iungitur in ipsis europā asiamq; sepantis freti angustiis saxum miri candoris a uado ad summa perlucēs iuxta chalcedonē in latere asiæ. Huius aspectu repete territi semp aduersum bizantii promontoriū ex ea causa appellatū auricornu præcipiti petūt agmine. Itaq; omnis captura bizantii est magna chalcedonis penuria. M. P. medi interfluentis euripi. Operiūtur ante aquilonis flatum: ut secūdo fluctu exeant ex ponto: nec nisi intrantes pontū bizantii capiunt. Bruma non uaganf. Ubicunq; deprehensū usq; ad æquinoctiū ibi hybernant. lidem sæpe nauigia uelientia comitantes mira quadā dulcedine per aliquot horarū spatia & passuum milia a gubernaculis nā sepant: ne tridente quidē in eos sapius iacto territi. Quidā eos q hoc e thynnis faciāt pompilos uocat. Multi in propontide æstuāt pontū nō intrant. Itē soleæ: cū rombi intrent. Nec sapiā est cū loligo reperiatur. Saxatiliū turdus & merula defunt: sicut conchilia: cum ostrea abundant. Omnia autem hybernant in ægeo. Intranntium pontum soli non remeāt trichia. Græcis. n. in plerisq; noibus uti parerit: quando aliis atq; aliis eisdem diuersi appellauere tractus. Sed hi soli histrum annē subeunt ex eo subterraneis eius uenis in adriaticum mare defluunt. Itaq; & illic descendentes nec unq; subeūtes e mari uisuntur. Thynnog; captura est a uergiliæ exortu ad arcturi occasum reliquo tēpore hyberno latēt in gurgitibus imis: nisi tepore aliquo euocati: aut pleniluniis. Pinguescunt & in tantum ut dehiscant. Vita longissima his biēnio. Animal est paruū: scorpiōis: effigie: atanei magnitudine. Hoc se & thynno & ei qui gladius uocatur. crebro delphini magnitudinē excedenti sub pinna affigit aculeo: tantoq; infestat dolore: ut in naues sepenumero exiliant. Quod & alias faciūt alioq; uim timētes mugiles maxime tam præcipue uelocitatis: ut transuersa nauigia interim superiactent.

De auguriis & diuersitate piscium. Cap. xvi.

Vnt & piscibus præscita in hac parte auguria. Siculo bello ambulāte in littore Augusto piscis e mari ad pedes eius exiliit. Quo argumēto uates respōdere. Neptunnū patrē adoptatē eū sibi Sexto Pōpeio repudiato. Tāta erat naualis rei gloria: sub pedibus Cæsaris futuros q maria tēpore illo tenerent. Piscium scemina maiores q mares. In quodā genere oio nō sunt mares: sicut ī erythinis & chromibus. Oēs. n. ouis grauidæ capiunt. Vagāt gregati sere cuiusq; generis squamosi. Capiūt ante solis ortū. Tū maxime pisciū fallif uisus noctibus qdē illustribus aque q die cernunt. Aiunt & si iteretur gurges interesse captura. Itaq; plures secundo tractu trahi q primos:

In Aeno  
amne ger  
maniæ p  
pe uisbiū

D.P.